

verfos, vt hunc juvenem ſua benevolentia & humanitate complectantur, & quibuscunque poterunt, officiis juvent & ornent. Pro quo officio tum a nobis ſimile gratificandi ſtudium & benevolentiam mutuam; tum ab ipſo hoc juvene debitam omnem obſervantiam & perpetuam grati animi memoriam, cum fideli cura officii, repromittimus: Datæ WITTEBERGÆ, & ſigillo Academiæ confirmatæ. Calend. Novembris anno JESV CHRISTI clo lo xcv.

(f) Heiderus Libro III. poemat. pag. 236.

Erneſtæ Tibi duplicato munera laudis

Humaniores conferent

Literulæ? doctaque caput velare thiara

Non abnuent? quid hoc rei?

Te tristem jubet eſſe tuum, jubet eſſe moroſum

Nomen, ſed artes blandulas,

Poſcere non metuis, lætos audacter honores

O mirificum caput!

Sed pax ſit rebus, minime tua nomina pugnant

Cum Gratis, Sororibus,

Namque bonis bonus es, paribusque benignus, at idem

Cenſor ſeverus improbis,

Subjectisque gravis: non hæc adverſa bonarum

Sunt literarum moribus.

Non